



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CONCILIIS, ET|| ECCLESIA MILITANTE,|| QVATVOR LIRBRIS||
COMPREHENSA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

Cap. I. Argumentum & partitio huius libri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53873](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-53873)



LIBER SECVN- DVS DE CONCILIO- rum auctoritate.

C A P V T P R I M V M.

Argumentum & partitio huius libri.

DE CONCILII DEFINITIONE ET CAV-
SIS hucusque pro instituti operis breuitate
disputatum est: restat auctoritas; & quoniā
tum ex ipsis Conciliis, quæ exstant, tum ex
lib. 4. de Pontifice constat, posse Concilia E-
piscopalia iudicare controvierias, tum fidei,
tum morum, quæ in Ecclesia pro tempore oriuntur, hac o-
missa quæstione, illud solum explicādum suscipiemus; Sint-
ne certa, & infallibilia Conciliorum iudicia?

Erit autem hæc de auctoritate Conciliorum disputatio
bipartita. Primum enim consideranda erit auctoritas Con-
ciliorum absolute; deinde comparata cum aliis similibus
principiis fidei, id est, cum Scriptura, Pontificiisque de-
cretis.

De auctoritate absolute considerata duæ sunt quæstio-
nes. V N A, an Concilia à summo Pontifice confirmata pos-
sint errare. A L T E R A, an Concilia à Pontifice nondum con-
firmata, sed alioquin omnino legitima, errare possint. Nam
de Conciliis reprobatis, vel partim probatis, partim repro-
batis nihil est quod dicamus, cùm illa sine dubio erra-
uerint, de ipsis autem idem sit iudicium, quod
de aliis, quæ vel confirmata sunt,
vel reprobata.

C A P V T.